



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio decima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. IIII. Distinctio. X.

sam quare publicè debeat negare sacramentum consummum  
nis huic petenti; propter quod iniuste faceret si negaret.

<sup>10</sup> Ad secundum dicendum, q̄ de duabus malis neutrū  
est eligendum, sed virtus; virtandum. Ponebat enim peccator  
de vitro; conteri vel dolere quantū in se & conatur,  
& ita non infamabitur, nec recipiet sacramentum contra  
salutem suā, & ideo neutrū predicatorum est a peccatore  
eligidum, si ramen alterum eligeret minus inimicum esset  
ei eligere q̄ infamaretur, quācum sumere sacramentum cū  
conscientia peccati; sacerdoti ramen minus inimicum est da  
re Eucharistiā peccatori occulto petenti in publico quācum  
negare, quia dando facit quod iustum est cū nō habeat  
causam negandi, negando, iniuste facit, negando quod de  
bitum est & nō habet exceptionem. Et iterum reuelat pec  
catum occultum interpretatione negando ei comunione  
qui ius habet in communione, nec debet dare hostiam non  
consecratam, quia in his que sunt virtutis fidei (vt in sa  
cramentis) nihil fictionis est faciendum. Et iterum ei nihil  
prodest, quia tantum peccares sumens nō consecrataam,  
ac si esset consecrata; quia crederet eam esse consecrataam,  
extra de celebrationē missarum, capitulo, de homine.

Sententia huius distinctionis Decima  
in Generali & Speciali.

**S**VNT autem alii praecedentium infinitam transcendentes. Superioris Magister determinauit de Sacramento Eucharistie quantū ad vnum. Hic determinat de eo quantum ad veritatem. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponit errorum quorundam negantium corpus Christi ve  
rum esse in altari. Et inducit rationes eorum. Secundum il  
las rationes soluit. Tertio inducit multas autoritates ad  
veritatem probandam. Secunda ibi, quia ex eadem ratio  
ne. Tertia ibi, hec & his similia obiciunt. Secunda diuidi  
tur in duas, quia prima exponit autoritates Augustini  
qua videbantur obfusca ibi, attende his diligenter. Hec  
est diuisio & sententia in generali.

<sup>2</sup> IN Speciali vero prodecit Magister. Et proponit  
primo quosdam sic errasse ut dicentes verum corpus Christi  
sū non esse realiter in altari, sed solum figuratum  
in signo, & confirmabat per illud quod legitur in Ioāne  
Cū enim Christus dixisset: nisi comedenter carnem fi  
lii hominis & biberitis eius sanguinem non habebitis vi  
tam in vobis. Et cū quidam ex hoc sufficiens scandalizatū  
& absident retro, Christus aliis remanentibus, dixit: Spi  
ritus est qui vivificat, caro nō prodest quicquā verba que  
locutus sum vobis spiritus & vita sunt, quod exponens  
Aug. dicit: Spiritualiter intellige quā locutus sum, non  
hoc corpus quod videtis manducaturi esis, nec bibitū  
sanguinem quem futuri sunt qui me crucifigēt, sacra  
mentum aliquod vobis commēdauit quod spiritualiter intel  
lectum vivificabit vos, caro autem nō prodest quicquā.  
Item Aug. dicit q̄ Christus vt Deus est ubiq̄, corpus in  
quo resurrexit in uno loco oportet esse (s. in celo.) Christus  
etīa dixit, Pauperes semper habebitis, me autem non  
semper habebitis, quod tamen esset si Christus realiter  
esset in sacramento. Postea responderet q̄ per illa verba do  
mini in euangelio, & Aug. non negat corpus Christi  
verum esse in sacramento, sed significatur q̄ corpus Christi  
si non manducaretur visibiliter in forma humana tan  
per partes diuisum, sed inuisibiliter sub specie sacramenti  
& hāc expositionem confirmat autoritas Sanctorū.  
Et exponit qualiter intelligitur quādam autoritas Aug.  
posita in litera, videlicet q̄ caro & sacramentum carnis  
& sanguinis, & vitro; inuisibili, & intelligibili, & spir  
tuali, significatur corpus Christi visibile & palpabile. &  
videatur in litera diligenter, quia aliquārum est obfus  
ca. Ultimo adducit multas autoritates per quas probat  
quod verum corpus Christi est in sacramento per conuer  
sionem panis & vini in corpus & sanguinem. Et in hoc  
terminatur &c.

**QVÆSTIO PRIMA.**  
Vtrum corpus Christi natum de virgine  
sit realiter in sacramento  
Eucharistiae.  
*Thom. 3. q. 75. art. 1.*

**Quæstio I.**

Circa distinctionem illam primo queruntur quatuor.  
Primum est verum, verum corpus Christi natum de  
virgine sit realiter in sacramento. Secundum est verum ro  
tus Christus sit in hoc sacramento. Tertiū est verum cor  
pus Christi mouetur localiter ad modum hostia. Quar  
tū est verum posuit videri vel cognosci q̄ corpus Christi  
sit in hoc sacramento. Ad primum sic procedit. Et ar  
guitur q̄ corpus Christi nō sit realiter in hoc sacramento,  
quia nullum corpus potest esse de novo ubi prius nō erat  
nisi per motum vel mutationem ipsius, sed corpus Christi  
sit existens in celo nō ponitur à celo motum secundum  
locum, nec mutatum secundum aliquām forsan, ergo nō  
potest esse de novo in hoc sacramento.

<sup>2</sup> Item nullum corpus potest simul esse in pluribus lo  
cis, sed corpus Christi localiter sit in celo, ergo cum ibi  
maneat non potest esse in sacramento. Si dicatur q̄ idem  
corpus non potest simul esse in pluribus locis, ita quod in  
quolibet sit circumscripsiue, potest tamē esse in pluribus  
locis, ita quod sit in uno circumscripsiue in alio autem fa  
craliter, & hoc modo corpus Christi est simul in ec  
lo & in sacramento.

<sup>3</sup> Contra, idem corpus non potest simul esse in pluri  
bus eodem modo essendi, propter hoc enim ut videtur, po  
nimus q̄ idem corpus nō potest simul esse in pluribus lo  
cis circumscripsiue, sed corpus Christi si sit vere & reali  
ter in sacramento habet esse in quolibet sacramento simi  
li modo, ergo ut videtur, corpus Christi nō potest simul  
esse in pluribus sacramentis, sed contrarium tener ecclesia,  
ergo corpus Christi non est in sacramento realiter, sed tan  
tu in signo vel figura.

<sup>4</sup> Item aq̄e repugnat cuilibet corpori simul esse in  
pluribus locis & in omnibus sicut econtrario. dicit enim  
Philo, q̄ si duo corpora possent simul esse in eodem loco,  
eadem ratione & infinita, sed nullus ponit quod corpus  
Christi possit quocunq; modo esse simul in omnibus lo  
cis, ergo nec in pluribus.

**IN CONTRARIUM** arguitur, quia. i. Cor. 10  
dicit apostol. Panis q̄ frāgimūs nōne pāricipatio corpo  
ris domini est; hoc autem nō esset nisi corpus Christi rea  
liter esset in sacramento.

<sup>5</sup> Item Mat. 14. dicit Christus. Ecce ego vobis ē sim  
ilis ad consummationē eculi, hoc autem nō intelligitur  
de p̄ficiencia eius secundum diuinitatem, illam enim nō  
opportuit promittere, quia illa cōmuniſt̄ est omnib; rebus,  
nec potest aliter subtrah̄ ſalua cōfiftentia rei. Intelligi  
tur ergo de p̄ficiencia humanitatis non in propria ſpecie,  
illam enim ſubtrah̄ ſecundum quod ipſem dixit. Pau  
peres ſemper habebitis vobis, me autem nō ſemper  
habebitis. Relinquit ergo q̄ hoc dixerit de p̄ficiencia  
ſue humanitatis ſub ſpecie sacramentali.

**R E S P O N S I O.** Intelligendū est q̄ omne illud  
quod est vere corpus in se, & eti in eodem ſuppoſito fili  
cum humanitate Christi potest vere dici corpus Christi.  
Cum enim Christus dicatur ſuppoſiti, omnis natura cor  
poreā exiſſens in illo ſuppoſito, vere dicitur corpus Christi.  
Dicunt ergo quidā q̄ Christus mediante corpore hu  
mano, ut corpus, i. nominat pārtē & nō totum, aſſumit  
in vniatē ſuppoſiti, naturā panis ſicura p̄ficiencia perſo  
na filii aſſumpti natūra humanitatis, & ratione huius aſſump  
tionis natura panis aſſumpti cū ſit corpus vel corpo  
rea, eti vere corpus Christi, & viterus verū corpus Christi  
aſſumpti de virginē mediāte quo aſſumitur natura pa  
nis potest dici panis, & eccl̄ero panis potest dici illud  
corpus Christi propter cōmunicationē idiomati in  
ter aſſumē & aſſumpti; ſic ergo in hoc sacramento est reali  
ter corpus Christi duplex quoad naturā, licet ſit vnu rān  
tu quoad ſuppoſiti. Quoad naturā enim ſit ibi vnu aſſum  
ptum quoq; ſubſtantia panis que ratione aſſumptionis  
est corpus Christi. Et iſtud realiter est in sacramento. Ali  
ud quod fuit a p̄ficiencia aſſumpti & eft medium aſſumē  
di alterum, i. corpus aſſumptum de virginē. Sed iſtud nō  
eft in sacramento nī propter cōmunicationē idiomat  
iū, quatenus eft verum dicere q̄ panis eft illud corpus,  
& illud corpus eft panis.

<sup>6</sup> Ponit ergo hęc opinio duo in generali. Primum eft q̄  
RR. 2 sup

### Magistri Durandi de

suppositum filii de nouo assumit naturam panis, quā assumptionem dicunt fieri mediante corpore Christi pro parte & non immediatē, nec mediante totali humanitate, cuius rationem assignant, quia si substantia panis immediatē assumetur a supposito Filii verum est dicere, & Filius Dei est panis, sicut verum est dicere & Filius Dei est homo quia immediatē natura hominis assumptus: rursum si substantia panis assumetur a persona Filii mediante totali humanitate idem sequeretur, sicut id ad suppositum Soris trahitur albedo mediante totali superficie verū est dicere, & Sortes etiā albū: hoc autē non intendunt isti dicere, immo dicunt & per talem assumptionem non est verum dicere, quod Filius Dei fit panis, vel & ipse homo demonstrato Christo fit panis pro eo, quod in epistola de corpore Christi reputatur erroreū dicere verbum impanatum, sicut verbū incarnatum, & propter hoc dicunt assumptionem substantiæ panis fieri mediante corporis parte. ex qua assumptione nō sequitur perfecta predicatione sicut in Äthiopie, quia ad suppositum Äthiopum trahitur albedo nō tamē immediatē, nec mediante tota superficie, sed folium mediante parte superficiē quae est in dente, ideo non dicitur Äthiops albū, sed folium dens cius.

9 Secundum quod ponit ista opinio est, quod in hoc sacramento remanet substantia panis non mutata quoād naturam, sed mutata quoād suppositum, quia per assumptionem tracta est ad suppositum diuinū, & mediante hāc substantiā panis est in eodem sacramento corpus Christi humanum quod dicit partem, & est ibi solum propter communicationem idiomatum, quia ibi vnum prædicatur de alio & econseruatur.

10 Confirmatur autē hac opinio per Damasc. lib. 4. cap. 5. vbi dicit sic: Nunc interrogans qualiter panis sit corpus Christi & vinum & aqua sanguis Christi, dico tibi & ego & Spiritus san. superuenit & hec facit quae sunt super rationē & intelligentiā, panis autē & vinum assumuntur, & hoc dicit Damasc. consequenter ei quod dixerat de assumptione humanæ naturæ a persona Filii, de qua dicitur in Virgini per angelum: Spiritus sanctus superueniet in te, &c. Itē infra eodem cap. dicitur sic, quemadmodum in baptisme (quia consuetudo est hominibus aqua lauari & oleo vngi) coniugavit oleo & aqua gratia Spiritus & fecit illud lauacrum regenerationis: ita quia consuetudo est hominibus panem comedere & vinū bibere & aquam coniugavit eis eius diuinatatem, & fecit eam corpus & sanguinem eius. Similiter infra eodē cap. de hoc sacramento loquens dicit: Carbo autē lignū simplex nō est, sed vnitū igni, ita & panis communionis non simplex panis est sed vnitū deitati.

11 Dion. etiam de eccl. Hier. cap. 3. parte quae intitulatur theoria, vocat istud sacramentum assumptionis, & infra exponit dicens, quod Christus hic assumit nostram vi communicebat nobis sua.

12 Similiter appetit hanc opinionem fuisse approbatam in concilio Romano per Nicolauim papā: & ita, episcopos ex confessione Berengarii ibidem facta & a concilio approbata. Quis verba recitantur de conf. di. 1. cap. Ego Berengarius. vbi dicit: Profiteor panem & vinū quae in altari ponuntur per consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse & sensibiliter nō solum sacramentum, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi & dentibus atteri, que verba nō videntur de plano posse verificari sicut plāne accipi debent verba confessionis sic solemniter approbata nisi per modū prædictū, scilicet per assumptionem naturæ panis a corpore Christi parte. sic enim potest dici & corpus Christi non solum in exteriore specie, sed in sua veritate sensualiter tractatur & frangitur ratione humanitatis assumptionis quae de corpore prædicatur, & tamen corpus Christi humanum in se & in natura sua manet integrū, sicut & in passione verum erat & Deus moriebatur, & vivebat secundū diuersas naturas, & ita dicit Mag. Sent. quodā dixisse & habere ex confessione Bereng. lib. 4. di. 1. dicens sic: Alii tradidit corpus Christi essentialementer frangi & dividui. Et tamē integrū & incorruptibile existere: quod se colligere afferunt ex confessione Berengarii supra posita.

13 Ostiensis etiam & Gaufridus & Berengarius super

### Sancto Porciano

decretalibus, firmiter credimus & cū Martig. notant tres opiniones circa existendū modū corporis Christi in altari, quā uia ponit & panis sit corpus Christi, de conf. di. 2. Panis, & quia corpus. Alia ponit panem non remanere, sed conuerti & sola accidentia remanere que videatur approbari per illa, firmiter. Tertia ponit substantiam panis remanere, & esse cum corpore Christi, de cōf. di. 2. Ego Berengarius. Et quālibet ista ponit verum corpus esse in altari, & idem dicit Bartholomaeus de conf. di. 2. in sacramentorum. Ecce & panis substantiam remanere dicunt esse opinionem, nec reprobant dicunt, immo potius referunt ad confessionem Berengarii quae fuit per concilium approbata.

14 Ita etiam opinio videtur intelligibilior esse & alia communis & vitata, quia ponit corpus Christi in altari per conuerionem substantiæ panis in ipsum, quia videtur esse mirabile, & vix ab hominibus capi potest, quomodo aliiquid sit in altari per illud quod in altari non est, immo per illud quod iam omnino non est, s. per substantiam panis quae in sua conuerione desinat esse, facile autem capi potest qualiter corpus Christi sit in altari per assumptionem panectit, quia cum corpus Christi sit panis & panis sit corpus Christi, sicut deus est homo & homo est deus, ubi est vinum & reliquum in concreto sumptum propter communicationem idiomatum.

15 Hæc autē opinio deficit in duabus. Primo in hoc & ponit per assumptionem substantiæ panis. Secundo in hoc & ponit per talem assumptionem corpus Christi de virginatate natum sit in sacramento altaris. Primum apparet multipliciter. Primo & non fiat talis assumptionis, quia ridicula est, & omni die assumatur vna natura, immo multæ à supposito diuinō, & omni die deponantur, & hoc est ut si substantia panis in hoc sacramento de nouo assumetur, quia quot fiunt cōsecrationes tot substantiæ de nouo assumentur, & deponentur cum desinerent esse per vnum sacramentum. Quod si dicatur & natura immediata assumpta nunquid deponitur, sed bene deponitur quae est assumpta mediante aliud, vt patet de fame, siti, calore & frigore, carnis fluente & refluenti que de nouo fuerit in Christo mediante humanitatē. Non valet, quia aliud est de proprietatibus naturam consequentibus & insit viceis in mediante natura, quia tales non dicuntur de nouo assumiti. Est si de nouo insit quia de natura sua nō habent esse in se, sed in alio, quia secundum naturam suam est talium proprietatum susceptibile sive maneat in se, sive assumatur ab alio, & aliud est de natura que nata est esse in se, nec potest esse in alio nisi per miraculosam assumptionem de tali enim aquē inconveniens est & immediatē de nouo assumatur vel mediante alio.

16 Secundo, quia non solum videtur inconveniens, & aliqua natura de nouo assumatur & statim deponatur, sed videtur impossibile & talis assumptionis fiat mediante aliquo creato sicut ponit prædicta opinio, quia illud medium vel se habet in ratione efficientis talem assumptionem, vel in ratione terminantis, sed nihil creatum potest se habere ad assumptionem aliquo solum modorum, et go & Probatio minoris, & enim nihil creatum possit esse causa efficientis talis assumptionis patet, quia talis assumptionis fit per hoc & res amittit suum propriū & naturalem modum essendi & accipit nouum & quasi op̄positum: sed & res aliqua manens in se & in sua natura amittit suum naturalem modum essendi, & alium induat, non videtur posse facere nisi autor naturæ, qui sicut solus naturæ res instituit, sic solus eas mutare potest. Et per idem videtur & nihil creatum possit terminare talē assumptionē: quia non potest tribui alicui naturæ quod est super naturā & super totum cursum naturæ, hoc autem est substantiificare aliam naturam, que nata est in se subsistere.

17 Tertio, quia quicquid sit de possibilitate talis assumptionis, omnino tamē inconveniens est & fiat mediante corpore partē (vt isti dicunt) nunquid enim corpus potest accipi & pars realis humanæ naturæ, ponendo unam formam tantum in homine (vt isti ponunt) quia corpus Christi non potest nominare solam materiā, sed necessario non minat cōpositū ex materia & forma dante esse corporeū. Si igitur in hoīe nō est nisi vna forma, necesse est corporis humanum dicat realiter totum & nō partem, sicut se cundum

Lib. IIII. Distinctio. X.

cundum rationem posit nominare partem eo quod anima dat omnes perfections quas etiam sunt formae inferiores. Et ideo si etiam consideretur cōpositum ex materia & forma que est anima prout dat esse corporeum tantum cōpositum prout per animam habet non solidum esse corporeum, sed sensum & vitam & rationem, sic corpus primo modo funitur ut pars, & secundo modo ut totum: sed cum haec differentia sit solum rationis non est ad compositionem eorum, cum dicant rationem assumptionem panis fieri mediante corpore parte, differentia enim rationis nihil facit ad differentiam realis assumptionis.

18 Quartò, quia incident in illud quod vitare intendunt, dicunt enim paucitatem asfumi mediante corpore parte & non mediante humanitatem, ne cogantur dicere quod per talē assumptionē verificetur quod Deus sit panis vel impantanus, sicut dicimus quod verbū caro factum est & incarna- tum. Itud autē non euadunt: quia si aliqua forma acciden- talis que perfectè omni modo perfectionis poset esse in zoto mediante parte sicut mediante toto, & quae verificare sura de toto quod inesse etiā mediante parte sicut quod inesse est immediatè. Ex neutra enim parte esset denominatio secundū quid, sed simpliciter. Propter hoc enim dicitur solū *Ethiopis* abuso nō simpliciter, sed secundū dentē, quia al- bedo nō ita perfectè inesse *Ethiopi* ratione talis partis, si- cut si inesse ratione totius. Cūn igitur ita perfectè po- natur substantia panis asfumi mediante corpore parte si- cut si asfumetur immediatè vel mediante totali huma- nitate, patet quod aquē verè posse dicit Deus panis vel iste homo panis sicut diceretur si effet facta assumptione substan- tia panis immediatè vel mediante totali humanitatē. 123

15. Secundò principaliter deficit hec opinio in hoc quod ponit qd per talen assumptionem corpus Christi sumptum de Virgine sit in hoc sacramento propero communicatione idiomatum, quia unum prædicatur de altero. Quia quod ratione corporis Christi est in sacramento altaris per assumptionem substantia panis, eadem ratione sanguis Christi est in hoc sacramento per similem assumptionem substantiae vini, sed hoc non est verum, ut probabitur, ergo &c. Assumptionem probatur quia si sanguis Christi est in hoc sacramento per assumptionem substantiae vini sicut de corpore Christi per assumptionem panis, tunc oportet quod sic ut panis assumitur mediante corpore quod pertinet ad identitatem suppositi assumentis, si vinum assumetur mediante sanguinem pertinente ad identitatem suppositi assumentis. Modò constat quod sanguis non pertinet ad identitatem suppositi Christi, cum sanguis nondū sit sub forma humana, sed sit humor in via ad conversionem etiam sub forma humana, ergo vinum non potest a sanguine a supposito Christi mediante sanguine, nisi forte diceretur quod in qualibet confectione huic sacramenti est assumptio sanguinis Christi, & mediante sanguinem assumptione vini, & sic omni die est assumpcio nouae nature, si sanguinis absq; ordine ad naturam prius assumpsum quod alii negant, mediante illa est assumpcio vini.

**20.** Secundo, quia corpus Christi est in sacramento al taris per veram existentiam habet naturam & non per sola communicationem idiomatum sicut ponit haec opinio: quod patet, quia relatum semper referit idem numero quod precessit Christus in constituto hoc sacramentum de dicto haec verba Luc. 22. Hoc est corpus meum quod pro vobis traducer. Et haec est calix in mea sanguine qui pro vobis effundetur, ergo illud idem numero quod posita fuit traditum ad crucifigendum fuit prius traditum Apos tolis in sacramento ad edendam, sed corpus quod fuit traditum ad crucifigendum non fuit de natura panis, sed fuit corpus pertinens ad naturam humanitatis, ergo corpus traditum Apos tolis in sacramento altaris fuit vere de natura humanitatis, & pari ratione in sacramento nostro est corpus Christi pertinens ad eius humanitatem, & non est solum ibi per communicationem idiomatum ex assumptione paneatis.

21 Quod si quis dicat qđ relativum refert idem secundum suppositum & non idem secundum naturā, & sic potest dici de monstrato pane assumptō, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, quia idem est suppositum paneti habet assumptā & corporatem postea traditam. & sic idem suppositum fuit primo de monstratur & deinde traditum: licet secundum alia & aliam naturam nō

## Quæstio I.

valer : qna cum dicitur, hoc est corpus meum, corpus non potest ibi teneri pro supposito habere corporis intentum, sed potius pro natura habita, vt notat pronome possesuum quod ei additur cum dicitur, corpus meum, hoc est corpus quod habeo, ergo eadem natura prius ostenditur que postea referratur, et non ols idem suppositum. Cum igitur referatur natura corporis humani que tradita fuit ad crucifigendum, patet quod eadem secundum se prius in sacramento fuit data discipulis ad edendum.

22 Tertio, quia dicta assumptio non sufficit ad hoc quod corpus Christi sit in altis, neq; realiter neq; secundum communicant idiomati. Non realiter, quia assumptio datur naturam ab uno supposito non sufficit ad hoc quod vbi est vna natura ibi sit & alia: quia si suppositus filii a principio assumpsit humanitatem Petri in Roma & Pauli in Iudea non propter hoc vbi est Petrus ibi est Paulus & conuerso, nisi quod suppositum quod de vrogo praedicatur, & de quo virung. praedicatur concretius. Similiter dato quod suppositum filii assumperit humanitatem & paneireat, non opereat quod vbi est natura panis ibi sit na-  
tura humanitatis. Ne ratione suppositi potest dici quod vbi est panis ibi sit corpus Christi propter communicantium idiomatum, quia secundum hanc opinionem nomen suppositi non recipit predicationem panis assumpti, nec corporis Christi partis. Non enim est verum dicere secundum istos quod filius Dei sit panis vel corpus quod est pars, ergo ratione communis suppositi non potest unum de altero praedicari, ut sic dicatur vnu esse vbi est alterius. Nec est simile de dentate athiopis & albedine eius quod album dicitur dens, & dens dicitur albus; & vnu vnu ibi alterum, quia hoc est per hoc p. sunt vnu subiecto, & per cœlegens indistincta subiecto & loco: non sic autem potest dici de corpore humano & de paneite assumpta.

23 Autoritates enim quae inducuntur pro hac opinione non cogunt, in modo nec faciunt pro eis si bene intelligantur. Quod enim primo inducitur de Dam. lib. 4. cap. 5. q[ui] panis & vinum assumuntur non est intelligendum de assumptione in vnitatem suppositi, sed de assumptione ad materiam & viuum sacramenti: quia enim hoc sacramentum sumitur per modum cibi, ideo Christus ad materiam & viuum huius sacramenti instituit panem & vinum, ne calenti assumptio[n]e. Quod pater ex sequenti autoritate que intelligitur, q[ui] quemadmodum in baptisimate, quia consuetudo dei hominibus in aqua lavari &c. Constat enim quod aqua baptisatis non assumuntur in vnitatem suppositi diuinorum, nec gratia spiritus sancti vniatur ei, ita ut faciat vnu[m] secundum suppositum diuinum, quare similiter panis & vinum non assumuntur ad suppositum diuinum, nec eis coniungatur diuinitas in vnitatem suppositi: sed sicut aqua ibi assumitur ut materia sacramenti permanens, sic panis & vinum assumuntur ut materia sacramenti transiens, quia materia sacramenti conseruitur in corpus Christi, & per coelestes dicitur aliquo modo vni[us] diuinitati non per assumptionem manente natura panis aut vini, sed per transubstantiationem in humanitatem prius assumptam. & q[uod] intelligi ita debet pater ex sequentibus vbi dicuntur, quemadmodum naturaliter per coelestionem panis & viuum & aqua per portum in corpus & sanguinem comedentis & bibentis transmutantur & non fit aliud corpus praeter primum, ita & propositionis panis & vinum & aqua per inuocationem & aduentum spiritus sancti supernaturaliter transit in corpus domini & sanguinem & non sunt duo sed vnum & idem, ex quibus patet q[uod] non est intentione Dam. q[uod] substantia panis & vni remaneat & assumuntur a supposito diuino, sed transirent in corpus & sanguinem Christi, & sic vniuersur diuinitati. Quod postea dicitur q[uod] carbo lignum simplex non est, sed vnitum igni, ita panis communio[n]is non est simplex sed vnitus deitati. Eodem modo intelligendum est, q[uod] carbo & ignis non sunt vnum supposito, vnum tamen sua corruptione transirent in alterum, sic panis communio[n]is non est cu[m] deitate vnum supposito, sed sua corruptione vel qualicunque desitione transiret in corpus Christi quod est vnitus deitati.

24. Dicta autem Dion. nullam difficultatem inducere. Cū enim vocat hoc sacramētū, sacramētū alsāptōnis, aut hoc dicit propter causā iā asūgnatā, aut propter usū sacramētū qui est pēf modūm manducaōis; qui vñsc

DUR. 6. 21  
Magistri Durandi de nomine sumptionis intelligitur. consuevimus enim dicere de coinedente quod sumpsit vel assumpit cibum, nec ex verbis eius potest aliquis clarus sensus eliciri.

25 Quod autem inducitur de confessione Berengarii, dicendum est sicut dicit glofia ibidem, nisi intelligas sane verba Berengarii in maiorem incides hyssem quam ipse habuit, nisi omnia referas ad ipsas species qui franguntur & dentibus atteruntur. Nam de corpore Christi partes non facimus, sed sub illis speciebus fractas & attritus rotas & in tegrum corpus Christi manducatur & sumitur.

26 Quod postea inducitur de glofatoriis Gaufridi & Ber. Otiens. super decretalibus, firmiter credimus & cum Martha. Dicendum quod licet recitent tres opiniones, nullatenus approbat ut veram nisi illam quod corpus Christi sit in altari per transubstantiationem panis & vini: & si expressae non dicant aliquam aliam erroneam, non propter hoc non est errorea: non enim sciuerunt omnes passus sacrae scripturae a quibus discordat opinio supra posita sicut ostensum est prius.

27 Dicendum est ergo alterum quod verum corpus Christi sumptum de virgine, & passum in cruce est realiter in hoc sacramento. Et quia sicut hoc probatum sit superius maximè per secundam rationem adducam contra secundum articulum, tamen ad ampliorem declarationem dicendum est, quod ut dicit B. Aug. lib. 83; questionum, circumstantia scripturarum exponit scripturam, an dicta in ea debant accipi propriam figuratiuam: verbi gratia, Christus dixit Ioan. 15. Ego sum vita vera. Si volumus intelligere an hoc sit dictum propriam figuratiuam videamus, quod sequitur, ego sum vita vobis palmites. Sic igitur Christus tunc vita, ut Apostoli fuerit palmites. Constat autem quod apostoli non fuerunt palmites quoad naturam qua propria per nomen palmitis importatur, ergo nec Christus fuit vita quantum ad naturam qua propria per nomen vita importatur, verumque ergo horum dictum est figuratiuam, & non propriam. Ad positionem Christus dicit Mat. 26. Hoc est corpus meum. Si ergo volumus scire verum sit dictum secundum propriam significacionem vel secundum figuratiuam videamus sequentia verba qua determinant præcedentia. Cum enim dixisset Christus, Hoc est corpus meum: subiunxit, quod pro vobis traderetur. Constat autem quod corpus tradidit pro nobis fuit corpus Christi verum natu' de Virginibus & passum in cruce, ergo illud verbum est dictum non secundum metaphoram, sed secundum propriam significacionem, propter quod a principio ecclesia fuit articulus fidei ab omnibus conceitus, & verum corpus Christi est realiter in hoc sacramento, & non figuratiuam, nec sicut in signo tantum, nec per solam communicationem idiomatum.

28 De modo autem per quem corpus Christi est realiter in hoc sacramento dicetur, inferius in speciali, sed ad presentem dictum sit in generali quod non est ibi circunscripti prius, nec disquisitius. Sed ratione ordinis quem habet ad species panis virtute diuina propter conversionem substantiae panis in substantiam corporis Christi, propter quam corpus Christi, ut substantia habet immediatum ordinem ad species sub quibus substantia panis in corpus Christi converta est, & est eis realiter praesens, licet eis non afficiatur tanquam accidentibus. & istud amplius declarabitur in subsequentibus.

29 Ad primum arg. in oppositum dicendum est quod maior est vera loquendo secundum solidum cursum naturae, contrarium tamen potest fieri diuina virtute modo quo in sequentibus dicetur.

30 Ad secundum dicendum quod idem corpus non potest esse in pluribus locis simul, ita quod in qualibet eorum sit circumscripsiō, sed nihil prohibet corpus quod est alieni circumscripsiō esse praesens loco distanti per habitudinem ad locum illum vel ad rem in loco illo existente. & sic est de corpore Christi cui virtute diuina confertur habitudo ad species sub quibus fuit substantia panis qua in corpus Christi convertitur.

31 Ad tertium dicendum quod causa quare idem corpus non potest esse in pluribus locis circumscripsiō, non est idem modus essendi in pluribus locis, cum angelus eodem modo sit praesens pluribus rebus ad inuenientem distantibus, sed hoc est proper hoc quod corpus circumscripsiō a loco habet habitudinem ad locum ratione sua quantitatis que

### Sancto Porciano

determinat ei, sicut & limitat ac distare facit ab aliis corporibus. Corpus autem Christi non comparatur ad hoc sacramentum ratione sue quantitatis, sed ratione sui subtilitatis propter quod potest eodem modo esse preses in pluribus locis.

32 Ad quartum dicendum quod sicut non repugnat angelus quoniam sit limitatus natura, & sit praesens omni loco ad quem potest habere immediatum ordinem, sic non repugnat corpori Christi ratione quod est substantia, quoniam possit esse praesens omnibus corporibus, & locis virtute diuina ad quem eadem virtute potest habere immediatum ordinem, & sic est dicatur, & praesentia corporis Christi in hoc sacramento est ratione conuersationis alterius in ipsum, tunc potest simul esse vobis & potest inueniri natura in ipsum conuertibiliis quae non solum est panis, immo quilibet substantia generabilis & corruptibilis, ut patet in sequenti dicto: verum tamen secundum diuinam ordinationem nulla substantia conuertitur in ipsum nisi panis & vinum, possent tamen alii conuerti si Deus vellet.

### Q VÆSTIO SECUNDIA.

Vtrum totus Christus sit in Eucharistia.

Thom. 3. q. 76. art. 1.

Secundo queritur, utrum totus Christus sit in hoc sacramento. Et videtur quod non: quia idem non potest simul esse maius & minus alio, sed hoc sequeretur si totus Christus esset in hoc sacramento, ergo &c. Probatio minoris: quia Christus secundum veritatem est maior in propria quantitate dimensionibus specierum, sed si esset totus sub speciebus non esset maior, immo minor: quia contentum non excedit continens, sed potius excedit, ergo &c.

3 Ita corpus ratione sue quantitatis comparatur ad locum circumscripsiō, sed corpus Christi non est in hoc sacramento circumscripsiō, ergo non est in hoc sacramento quantum ad quantitatem.

3 C O N T R A . Ibi est pars ibi est totum nisi ab unicem separantur, sed corpus quod est pars totius suppositi est in hoc sacramento, ut patet ex praecedenti quod est ergo & totus Christus, cum in eo non fiat aliqua realis diuinitus vel separatio.

4 R E S P O N S O . Cum haec quæstio querat utrum Christus totus sit in hoc sacramento præmirè sunt duæ distinctiones secundum terminos questionis: una de totalitate Christi in sacramento existentis, alia de modo existendi in sacramento. Propter primam intelligendum est quod cum Christus nominet suppositum, subsistens in duabus naturis, diuina & humana qua aliquo modo possunt dici partes totius suppositi, in ipso est inuenire triplicem totalitatem. Prima est naturarum, scilicet diuina & humana in supposito. Secunda est solius naturæ humanae: quod ad partes eius essentiales quae sunt materia & forma. Tertia est pars quantitatiuarum quae distat secundum suum pes, manus & huicmodi. Alia distinctione est de modo existendi in hoc sacramento qua communiter ponitur, & est talis quod aliquid est directe in hoc sacramento ex vi sacramenti. Aliquid vero indirecte & concomitiatu. Directe & ex vi sacramenti dicitur illud esse in hoc sacramento, quod significatur per verba sacramenti quae efficiunt quod figurant: & hoc est illud in quod sit conuersus substantia panis & vini, cu' ecclesia approbet, quod substantia panis & vini conuertitur in id quod primo, & principaliiter est in hoc sacramento. Indirecte autem & concomitiatu dicitur aliud quod non separatur a re quae est directe in hoc sacramento.

5 His visis inquirenda sunt duo. Primum est utrum totus Christus secundum essentiam, & totalitatem suam sit in hoc sacramento. Secundo videndum erit de modo.

6 Quantum ad primum dicitur sic communiter, quod solum corpus est directe in hoc sacramento ex vi sacramenti, reliqua autem omnia que sunt vnum in supposito ei corpore Christi, scilicet diuinitas & accidentia humanitatis, quantitas, qualitas, & omnia alia intrinseca, sunt in hoc sacramento solum indirecte & concomitiatu. Primum probatur dupliciter. Primum, quia illud continent directe in hoc sacramento, quod significatur per verba

verba sacramenti, sed verba sacramenti quae sunt, Hoc est corpus meum, directe significant corpus Christi esse, igitur &c. Secundo, quia illud est directe in sacramento in quod sit directe conuersio panis & vini, ut tenet Ecclesia in illa decretali, firmiter credimus. & ferem omnes doctores catholici confeuerter, ergo &c. Nomine autem corporis non potest intelligi sola materia, nec sola forma, sed compositum ex materia & forma dante esse corporeum, si ergo in homine non sit alia forma praeter animam, necesse est quod in nomine corporis humani comprehendatur composition ex materia & anima humana. Propter quod directe & ex vi sacramenti est ibi anima humana, ut dans esse corporeum, non autem ut anima, quia & si eadem sit anima dans esse animatum & corporeum, ramen accidit huic sacramenti, quod corpus quod est ibi ex vi sacramenti sit animatum: nam si in triduo mortis Christi fuisset facta consecratio, fuit ibi corpus sine anima. Et iterum si per aliam formam corpus humanum haberet esse corporeum, quatinus per animam, virtute sacramenti esset in sacramento alia forma & non anima. Et propter hoc dicunt doctores, quod licet eadem anima in homine puro vel in homine Christo det esse corporeum, & esse animatum, non tamen est in hoc sacramento ex vi sacramenti vt anima, sed ut forma corporea. Secundum probatur, quia illa sunt indirec-  
tæ & concomitantes in hoc sacramento, que non separantur a corpore Christi, quod est directe in ipso, sed diuinitas & quantitas humanitatis, & alia accidentia non separantur ab humanitate Christi, sed sunt unum suppositum cum ipsa, ergo concomitantes sunt in hoc sacramento. Et hic est modus qui communius ponitur.

Alius modus est, quod substantia corporis Christi potest esse in hoc sacramento sine quantitate, quia substantia & quantitas non separantur secundum inherentiam unius ad alterum. Primum pater, scilicet quod substantia posit esse in hoc sacramento sine quantitate, quia corpus Christi est in hoc sacramento non circumscripsum, nec diffinitum, sed solum ratione ordinis quem habet ad species sacramentales propter conuersione substantiam panis in ipsum, vel propter alteriam causam nobis occultam, sed hunc ordinem habet substantia corporis Christi, quatenus substantia & non quatenus qualitas, immo quantitas quantum est de natura sua potius hoc impedit nisi virtute diuina illud impedit, cum tolleretur, ergo videtur probabiliter, quod in hoc sacramento possit esse substantia corporis ratione huius ordinis, & non eius quantitatis. Secundum patet, scilicet propter hoc non oportet, quod quantitas non separaretur a subiecto secundum inherentiam, quia sicut quantitas corporis Christi vnitur ei secundum inherentiam, ita celum vel aliqua pars celi vnitur corpori Christi secundum contractum, sed non oportet quod colli separetur secundum contactum a corpore Christi existente in hoc sacramento, quanvis locus cuius non sit praeiens huic sacramento, ergo similiter non oportet quod quantitas corporis Christi separetur secundum inherentiam in ipso, dato quod corpus Christi sit in hoc sacramento & non eius quantitas. Quod confirmatur, quia quem posse vel impossibile est unius secundum contractum manente tali vnione unum esse distans a loco in quo alterum est sicut de unius secundum inherentiam manente inherentia, & iste modus forte verus est loquendo de possibili, sed aliis ponitur communius de facto. Quis autem sit verior, puto nulli homini viator posse constare per certitudinem in cuius Deus reuelaret.

Quantum ad secundum sciendum est quod communiter dicitur sic: quod totus Christus omni modo totalitatis est in hoc sacramento. Nec est difficile videre qualiter cum speciebus possit esse diuinitas Christi & eius humanitas, & quæcumque alia excepta quantitate, quia cum hoc non sint quanta, nihil prohibet ea esse simul cum quâto, hoc est sub speciebus quâto. De quantitate autem qualiter possit esse in hoc sacramento ita quod totus Christus totaliter quantitatibus sit praeiens speciebus & cuilibet parti specie rum quantumcumque parvus, difficilius est videre. Tamen communiter dicitur sic, quod sicut se habet substantia ad quantitatem quoad esse in loco circumscriptione, ita se habet quantitas ad substantiam quoad esse in hoc sacramento. Semper enim ratio huius quod est per accidens dependet ex eo quod

est per se. Per se autem conuenit quantitatibus circumscriptis in loco, per accidens autem conuenit substantiae. Ecclæsia primo conuenit substantia esse in hoc sacramento, & per substantiam conuenit quantitatibus, ita quod ecclæsia coparentur substantia & quantitas ad locum & ad sacramentum, sed substantia coparata ad locum circumscriptum mediante quantitate sequitur modum quantitatis, ergo quantitas coparata ad hoc sacramentum mediante substantiam sequitur modum substantiae. Cum ergo substantia corporis Christi sit præsens speciebus panis hoc modo, quod tota est præsens speciebus, & cuilibet parti eo quod ipsa secundum se non habet partem & partem, sed est euangelialis in partes eiusdem rationis, patet quod quantitas corporis Christi sic est præsens speciebus quod ipsa secundum se tota est sub totis speciebus & sub qualibet parte.

Sed contra hoc posset obici quod non est simile quod adducitur pro simili substantia enim comparari potest ad locum circumscriptum mediante quantitatibus & sequitur modum quantitatis, quia hoc non repugnat natura sua, licet enim substantia non sit diuilibilis & quâta secundum se, est tamē diuilibilis & quanta per accidens ratione quantitatis sibi inherenter per quam extenditur, sed quantitas cum de ratione sua intrinseca habeat partes positiones disuntas & per hoc sit diuilibilis, nullo modo potest sibi coparet ratione cum iunctu, alterius diuilibiliter habere. Propter quod non potest comparari ad locum modo substantię ut tota sit sub speciebus & sub qualibet parte.

Et confirmatur, quia anima rationalis quae secundum se est diuilibilis quâua sit in corpore quanto & mediante eo sit in loco, tamen non coparatur nec comparari potest diuilibiliter seu quâtitati ad ipsius corpus quantum, nec ad eius locum, immo ipsa tota est in toto corpore & in qualibet parte corporis. Et consimiliter se habet ad locum continens corpus suum, ergo similiter quantitas quae de se, & de sua natura intrinseca est diuilibilis, quia habet partes positiones differentes, quanvis sit in substantia quae de se non est quanta nec diuilibilis, non potest ratione substantię copari ad aliquid diuilibiliter, sed necessario coparatur quantitatibus & diuilibiliter ita quod necessario diuilibiliter se habet ad totam & ad quamlibet eius partem. Et sic si quantitas corporis Christi est in sacramento per coconcomitantiam ad substantiam, non appetat possibile quod ipsa tota possit esse æqualiter sub speciebus & cuilibet parti specierum.

Item ubi cum est substantia in se realiter ibi est substantialiter, quia iste modus est ab ea inseparabilis, ergo similiter ubi cum est quantitas in se realiter ibi est quantitatibus, quia iste modus est ipsi essentialis & inseparabilis, sed illud quod est quantitatibus alicubi non potest comparari ad totum vel eius partem consimiliter, ergo idem quod prius.

Item & videtur tangi causa & ratio omnium predicatorum, quia nihil potest comparari ad aliud modo incompositibilis sua natura. Sed diuilibilitas est modus incompositibilis naturae quantitatis, cum ipsa de sua natura intrinseca sit diuilibilis, ergo quantitas non potest comparari ad aliquod aliud quantum nisi diuilibiliter, ergo non consimiliter se habebit ad totum & ad partem, & sic si quantitas corporis Christi est in hoc sacramento non poterit totum corpus Christi esse æqualiter sub speciebus panis & sub qualibet parte speciebus, cuius oppositum tenet ecclesia.

Ad quasdam autem dictarum rationum respondent aliqui dicentes, quod procedunt ex falsa imaginatione, vide licet quod corpus Christi sit in sacramento situatiter & circumscriptum quasi inclusum intra coauitatem specierum, quia ut dicunt, licet sit impossibile duo quanta simul esse, sicut per naturam, vel magnum contineri inter parvum secundum modum essendi in alio situatiter, tamen secundum alium & alium modum essendi non est impossibile: nam secundum modum essendi in, sicut causa est in effectu duo ignes calcificates idem corpus possunt esse simul in eodem quantum ad istum modum essendi. Et magnum secundum istum modum potest in parvo esse, & econverso, & totum in toto, quia ignis magnus potest calcificare parvum corpus, vel econverso, & certum est quod totus ignis secundum quamlibet partem sui calcificat, & totum corpus calcificatur, sed

### Magistri Durandi de

cundum quamlibet partēs sui calent, ita q̄ secundum istū modum effendi in, & plura possunt esse simul, & magnū in paruo & econuerlo, & rotum in rotō, & qualibet pars in qualibet parte. Dicunt ergo q̄ licet ritualiter nō possint esse plura quanta simul, vel magnum in paruo : hoc tamē potest fieri secundū aliū modū effendi in. Nunc autē modus quo corpus Christi est in hoc sacramēto nō est modus ritualis, sed aliud modus qualisq̄ sit ille modus.

14. Hac autē responsio nihil valet, quia rationes non supponunt q̄ corpus Christi sit in hoc sacramento situāliter, nec ex ista imaginatione procedunt, nec aliquis vñq̄ hoc posuit, imo oēs tenent q̄ non est ibi ritualiter, nec circumscrip̄tū, sed rationes deducunt ad hoc tanquā ad inconueniens. Quod si quantitas corporis Christi est in hoc sacramento realiter secundum se, q̄ ipsa est ibi ritualiter accipiendo sūt pro ordine partium in toto. Cum ab hoc quantitas nulla virtute possit absoluī, & etiā per comparationem quantitatū ad quantitates specierum panis, ita q̄ tota quantitas corporis Christi non potest equaliter se habere ad species, & ad quamlibet partem specierum. Et ad hoc nihil est respōsum, nisi quando dicunt q̄ secundum modū effendi iu quo causa est in effectū possibile est magnū esse in paruo, & plura in eodem, & idem in pluribus, vt patet ex dicto corum. Et aliqui talis modus possit esse ille quo corpus Christi quantum est in hoc sacramento, vt dicunt. Itud autē est periculostum, quia modus quo causa est in effectū, puta sol in herba quam facit florēre, vel in fructū quē facit maturēcere nō est sic realis q̄ corpus solis secundū se realiter sit in herba vel in fructū, ita vt comedens herbam vel fructū dicatur comedens solem realiter, sicut comedens species sacramentales dicitur lumpis̄ vel comedisse realiter corpus Christi. Et ideo cōparatio modi effendi in quo causa effectū est in solo effectū vno vel pluribus ad modum effendi quo corpus Christi est in hoc sacramento realiter est inepta & periculosa, & das occasiōē errāndi circa realē modū effendi corporis Christi in hoc sacramēto. Et sic patet q̄ difficultate est futūnē q̄ quantitas corporis Christi sit secundū se realiter in hoc sacramento.

15. Tenentes autē oppositum hanc difficultatem non patiuntur, sed solidū illam que tangit in argūmento factō in oppositum. Ad quod potest sic responderi, q̄ sicut non oportet corpus Christi separari a loco suo per hoc q̄ est in hoc sacramento, cui ramen locus proprius corporis Christi non est præsens, ita non oportet corpus Christi separari à sua quantitate realiter, licet corpus Christi sit præsens huic sacramento, & nō eius quantitas. Cum ergo dicitur vbi est pars ibi & totum, nisi ab inuicem separantur, verum est in his que sunt in loco localiter, que autem sunt in loco per solam habititudinem ad locum, quemadmodum corpus Christi præsens est speciesbus, nihil prohibet vnum eorū que sunt coniuncta realiter habere habitudinem ad locum, & si sit ei præsens, aliquid autē nō habere habitudinē ad ipsum, nec esse ei præsens, & sic est in hoc sacramēto de substitū corporis Christi & eius quantitate. Qui autem tenent alium modū qui est cōmuniō respondent ad duas rationes factas in argūendo.

16. Ad primū sic, quia cum dicitur q̄ Christus est maior species sacramenti, vñ est secundū se. Quid vero additur q̄ nō est maior, quia contentum non est maius contenente, dicunt q̄ haec est mala imaginatio, non enim continetur Christus à speciesbus quasi species sint cōcau, infra quas cōtinetur corpus, nec eis cōmensuratur, nec eas exceedit, nec exceditur per consequens, vt ponit cōmuniō opinio, sed solum est præsens speciesbus absq̄ cōmensuratio nē sūl ad species.

17. Per idem patet ad secundū, quia licet corpus Christi quantum sit in hoc sacramento, tamen non est in ipso ratione quantitatis, quia sic esset ibi circumscrip̄tū, sed solum ratione substantiæ : & per consequens est ibi quantitas per modum substantiæ. Contra istas dispositio nēs fuerunt obiectiones factae prius quas valde difficile est curare.

### QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum corpus Christi moueat ad motum hostiæ.

### Sancto Porciano

Thom. 3. q. 76. art. 6.

Tertio queritur, vtrum corpus Christi moueat ad motum hostiæ. Et videtur quod sic : quia quod definit esse vbi erat prius, & incipit esse vbi non erat, videtur esse motum, sed corpus Christi per motum hostiæ definit esse in altari vbi prius erat, & incipit esse in ore hominis vbi prius non erat, ergo &c.

2. Item quod vñbitur seu portatur, mouetur saltē per accidens, sed corpus Christi existens in hoc sacramento dicitur vñbi seu portari per sacerdotem ad infirmum, ergo mouetur saltē per accidens.

3. IN CONTRARIUM est, quia cōtradictoria nō possunt simul verificari de eodem, sed motus & quies circa subiectū aptū natūm contradicunt sibi: quia ictū affirmatio & negatio se habent circa omnem rem, sic habitus & p̄cipiatio, cuiusmodi sunt motus & quies circa subiectū aptū natūm. Cum igitur corpus Christi maneat quietum in loco suo, nullo modo potest ei conuenire q̄ mouatur in hoc sacramento.

4. Item quod nō est in loco, nec per se nec per accidens non mouetur localiter nec per se, nec per accidens, sed corpus Christi vt existens in hoc sacramento nō est ibi vñ loco, nec per se nec per accidens : ergo non mouetur nec per se nec per accidens localiter.

5. RE S P O N S I O. Dicendum q̄ corpus Christi in hoc sacramento nullo modo mouetur ad motum hostiæ, nec per se, nec per accidens. Quod patet primo: quia quando aliqua duo sic se habent q̄ non sunt vnum secundum subiectū, nec se habent vt continens & contentum, nec habent colligationem vel contactum, nullo modo uno moto mouetur alterum: sed corpus Christi & species sacramenti nō sunt vnum secundum subiectū, nec vnum continetur in altero, nec colligatur alteri, nec tangit ipsum: ergo ad motum speciei nullo modo sequitur motus corporis Christi. Major patet inducēdo in omnibus, in quibus ad motū vnius sequitur motus alterius. Minor patet ex prædictis. Secundo patet idē sic: qui vñ & idē nō potest simul moueri motibus oppositis: maximē quād vñ motus conuenit ei eodem modo. Sed istud contingit, si corpus Christi mouetur motu hostiæ, ergo &c. Minor probatur, quia vno elevante hostiam sursum, alius ponit eam deorsum. Si ergo corpus Christi mouetur ad motum hostiæ, simul moueretur sursum & deorsum. Tertio, quia si corpus Christi moueretur motu hostiæ, eadem ratione frangeretur fracta hostia : sed hoc est fallū, ergo & illud. Item corpus Christi existens in celo localiter fit de nouo in hoc sacramento non per motu localiter, nec per se, nec per accidens: ergo fortior ratio ne existens in hoc sacramento, nec deferens locum suum in celo non mouetur ratione motus specierum localiter nec per se, nec per accidens.

6. Ad arg. in oppositum dicendum, q̄ maior est fallū de modo quo aliquid est in hoc sacramēto, vbi est solum ordo ad species huius sacramēti. Sicut enim corpus Christi non motum incepit esse in hoc sacramento, & corpus præsens speciesbus definit ibidem esse absq̄ motu suo, sic trālati speciesbus definit corpus Christi esse vbi fuerunt species, & incipit esse vbi fuerunt species per solam translationem specierum, & non per motum suum, quia non est præsens loco, nisi quia est præsens speciesbus existentibus in loco : eadem autem est ratio præsens Christi ad species, siue motu fint siue quiescentes. Posset etiam dicidū minorem, maiores concessa, quod corpus Christi in hoc sacramento nō definit esse vbi prius erat, nec incipit esse vbi prius non erat per motum hostiæ, quia corpus Christi solum præsens est hostiæ ex vi sacramenti, sed ad locū hostiæ nullam præsentiam habet ratione qua est in hoc sacramento, quia per aliam rationem comparantur species ad locum & corpus, ad species vt ad sacramentum, & ideo manentibus speciesbus quantumcumq̄ transferantur de loco ad locum, corpus Christi quod est præsens eis, semper est vbi erat, quia est in celo localiter & cum speciesbus. Ad nihil autem aliud habet realem præsentiam : & potest ponī exemplum satis conueniens, quia angelus realiter præsens est corpori quod mouet. Ista tamen præsentia secundum aliquos non est localis, sic quod

Lib. IIII. Distinctio. X.

quod angelus sit illi corpori propinquus, & ab alio distet propter quod moto corpore de loco ad locum angelus non mouetur in se, nec per se, nec per accidens, nec efficietur in aliquo loco de novo: sic cum praesentia corporis Christi in sacramento non sit localis quantitungs species moueantur localiter, ipsum tamen non mouetur, nec per se, nec per accidens, nec acquirit nouum locum.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum corpus Christi in Eucharistia possit videri ab oculo glorificato,

*Thos. 3. q. 76. a. 7.*

**Q**uarto queritur vtrum corpus Christi existens in hoc sacramento possit videri ab oculo glorificato. Et videtur quod sic, quia corpora nostra glorificata erunt conformia corpori Christi, ut dicitur Phil. 3. Sed oculus Christi vider se in hoc sacramento, cum sit idem videntis & visibile, ergo &c.

2 Item sancti erunt aequales angelis, ut dicitur Mat. 22. Sed angeli vident corpus Christi in hoc sacramento, ergo oculus glorificatus ipsum vider.

3 Item in hoc sacramento quandoque appetit species carnis vel pueri. Sed tunc vt videtur, appetit ipsummet corpus Christi. Alioquin esset deceptio, sicut in prefigiis, quare &c.

4 IN contrarium arguitur, quia nihil potest videri, nisi possit immutare visum, sed corpus Christi non potest in hoc sacramento immutare visum. Si enim potest immutare visum etiam nos videremus ipsum quum videamus sacramentum, quare &c.

4 RESPON S I O. Intelligentum est quod oculus dupliciter accipitur. Vno modo proprius pro oculo corporali. Alio modo metaphorice vel similitudinari pro intellectu qui dicitur oculus mentalis. Loquendo de oculo corporali dicendum est quod corpus Christi in hoc sacramento non viderit ab oculo, nec suo nec alieno. Quod patet, quia nihil potest videri ab oculo corporeo, nisi sit qualiter & coloratur, & sic oculo representata, visibilia enim per se, sine quibus nihil aliud videri potest, sunt communia & propria. Communia ut quantitas: propria, ut color vel lux, sed corpus Christi in hoc sacramento, aut non est ibi quo ad quantitat & colorem, ut dicit una opinio, aut si sit ibi quo ad quantitat & colorem non est ibi per modum quantitatis & coloris, ut dicit alia opinio, ergo corpus Christi in hoc sacramento non potest ab oculo corporali videri. Aliam rationem adducunt quidam dicentes, qd; quia corpus Christi est in hoc sacramento velatum speciebus opacis ultra quas acies visus figi non potest, ideo oculus faltem corporalis non glorificatus ipsum videre non potest sicut medicina coopta nebula non videtur. Sed istud est pueriliter dictum & pueriliter imaginatum, quia corpus Christi in hoc sacramento non est velatum speciebus, quasi sit infra species, & species circumscripta ipsum, sed est praesens speciebus secundum totas species, & secundum qualilibet partem specierum, nec tam viderit propter causam iam dictam. Sed species videntur quae sunt ibi secundum natum suum: quantitatis, & sui coloris.

5 Si autem loquamur de oculo mentali, hoc est de intellectu, sic dicendum, qd; corpus Christi viderur in hoc sacramento, oculo mentali glorificato, non autem ab alio. Primum patet, merito fidei succedit premium visionis. Quum ergo credamus Christum in hoc sacramento esse realiter, cõsequens est quod beati clarè videant ipsum in hoc sacramento. Secundum patet, quia intellectus qui dicitur oculus mentalis, aut est humanus, aut angelicus; de intellectu humano, qd; non videat ipsum in hoc sacramento patet, quia intellectus humanus nihil videri nisi sensibiliter vel deducta ex sensibilibus, sed corpus Christi in hoc sacramento, nec est sensibile, nec eius existentia potest in ipso deduci ex sensibilibus, ergo &c. Intellectus autem angelicus forte potest ex sua natura cognoscere an in hoc sacramento sint accidentia sine subiecto, quum angelus ex natura sua perfectè cognoscet omnia naturalia, sed qd; non existente ibi substantia panis sit corpus Christi, nullus angelus potest ex naturalibus cognoscere, quum hoc non subsistat ordinis & curui rerum naturalium. Quod autem aliqui angelii maliti aliquando exhibuerint reuerentiam

Ques tio IIII.

319

hunc sacramento non fuit, quia ex naturalibus nouis hinc corpus Christi esse in eo, sed quia ex verbis & factis hominum, & miraculis contingentibus circa hoc sacramentum crederunt illud quod nos creditur, sicut scriptum est Iac. 2. di mones credunt & contremiscunt.

7 AD duo prima argumenta patet responso.

8 Ad tertium dicendum, quod quando appetit aliquid tale in hoc sacramento, aut appetit vni tantum, aut pluribus. Si vni tantum, sic videtur contingere propter immutationem facta circa oculum videntis, & non circa species panis, quia si esset talis mutatio circa species panis, eadem ratio que appetit vni appetere omnibus ibi praesentibus: quando autem appetit omnibus, aut appetit ad horam & transitorie, & statim post videtur sub pristina specie, & sic adhuc videtur fieri talis apparitione ex immutatione visus dentis, & non ex immutatione specierum, nec tam hoc pertinet ad aliquam deceptionem sicut sit in prefigiis, quia talis immutatio diuinitus sit in oculo per aliquam suam figuram ad aliquam virtutem figurandam. Hanc scilicet ut credatur quod in hoc sacramento non sunt foliæ species sed aliquid aliud propter ipsas. Vnde & Aug. dicit li. de quaestiones euangelii, quod cum fictio nostra referatur ad aliquam significationem non est mendacium sed figura veritatis, in tali etiam apparitione non definit corpus Christi esse sub speciebus, cum sit facta aliqua mutatio circa ipsas. Quando vero appetit forma carnis vel pueri non solum ad horam sed deinceps durat toto tempore. Tunc dicunt aliqui quod est ibi propria species corporis Christi, nec obstat quod non videntur totus sed aliqua pars, nec in quantitate virili sed parvuli, quia in potestate corporis gloriosi est ut offereat se secundum partem vel secundum totum. Sed istud non videtur, quia si ibi esset Christus in propria specie, esset ibi circumscripiti, & sic oportaret quod desineret esse in celo, & veterius non posset fieri in pluribus sacramentis simul talis apparitione.

9 Ideo dicendum est aliter secundum duas opiniones. Una est quod manebit primis dimensionibus sit miraculose circa alia accidentia immutatio, scilicet circa figuram & colorem, ita quod videtur caro vel puer, nec est ibi deceptio propter causam prius dictam, manet etiam sub dimensionibus illis corpus Christi ut ita videtur.

10 Alii dicunt probabilius quod facta tali immutatio ne corpus Christi non remanet ibi, quia cum sacramentum sit signum sensibile quando circa accidentia seu species sacramenti talis sit immutatio qd; secundum naturam non maneret sub eis substantia panis, tunc non manet sub eis corpus Christi. Cum igitur substantia panis secundum naturam non posset manere sub accidentibus carnis vel pueri, non videtur qd; facta tali immutatione circa species sacramenti quod in eis continetur appareat forma carnis vel pueri qd; pro tunis remaneat in eis corpus Christi, nec adoranda sunt tales species sub praedicta apparitione tanquam verum corpus Christi, sed solum tanquam reliquias nobis miraculose ostendit. Secus autem esset si circa species fieret immutatio de calido in frigidum vel de albo in nigrum propter quam immutationem substantia panis vel vini non desineret esse ibi, quia propter consimilem immutationem non desineret ibi esse corpus Christi.

11 Sed quid debet facere sacerdos in tali apparitione, nunquid debet tales sumere secundum statu ecclesie quod dicit, qd; celebrans sumat sacramentum ut habetur de confite. dist. 2. cap. peracta, & cap. relatum? Dicendum est qd; non: quia cum vobis huius sacramenti sit manducatio ut prius dictum fuit, non debent sumi species quando non apparet ut apte ad manducandum, quod sit quando appetit caro cruda vel puer vel huiusmodi, sed sunt tales species secundum cum reliquis, nec tamen talis sacerdos est transgressor præcepti ecclesie, quia non intelligitur nisi quando sacramentum appetit in specie conueta, leges enim aptantur ad ea que communiter accidunt.

Sententia huius distinctionis. X. I.

in generali & speciali.

Si autem queritur qualis sit. Superioris Magister determinavit de sacramento eucharistie quantum ad esse: hic determinat de eo quantum ad fieri. Et dividitur in duas, quia primum determinat ea quae ad consecrationem huius sacramenti pertinent. Secundum de consequentibus huius sacramenti pertinent.

RR. 5 iusmodi